

Universitätsbibliothek Paderborn

Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorvm Detestationem, Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata

Stengel, Georg Ingolstadij, 1649

§. 9. Inuidorum frequentia & multitudo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49161

IX. INVIDO-RVM FRE QVENTIA をT MVL. TITYDO. Matth. 27.18. Marc. 15. 10. Matth. 25 400

Vtinam non & nunc essent vbique tales, qui teterrima Hebræorum imitatione, non iam Soldanum, sed coelestem Patrem, & Christum Seruatorem nostrum, vitæ authorem ex inuidia occidere conarentur! De Christo testis est ipse hostis Christi & iniquus judex Pilatus: sciebat enim, quod per inuidiam tradidissent eum. De alijs testis est ipse Christus, qui ait : quam din fecistis vni ex his fratribu meis minimis, mihifecistis. Quod tam in bo-Zach. 2.8. num, quam in malum intelligi potest, quando & alibi dicit : Quitetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Itaque quisquis sanguine Chri-

sti redemtum tangit, tangit Christum. EL qui tabescit cum alios viderit se præclarègerentes, & Ecclesiam verbo, vel alio quopiam hom. 43.

adpop.

modo adiuuare, non iam fratri, sed & Deita-S. Chryf. lis repugnat voluntati, ait S. Chryfostomus; vbi & subiungit: Quidigitur doles, quod Dem glorificatur? vide, quo tendat impugnatio. Non, quod Deus, inquies, sed quod frater glorificatur. At per eum ad Deum gloria redundat ; igitur o impugnatiotua? Verum hoc, dices, non me contristat, sed per me vellem ipse Deum glorificari. Et sic Deus per te glerificabitur, & omnes dicent: Benedictus Deus, qui tales seruos habet abomni Aberatos innidia, mutuis gaudentes bonis. Et quid

regij filij in parentes & fratres sauientis. guid dico fratrem, si hostis ille inimicus esset, si tamen per hunc Deus glorificaretur, amicum fieripropter hoe, oporteret; tu verò amicum facis inimicum, quia propter illius prosperitatem Deus glerificatur. Inuidia autem, vt per omne hominum genus vagatur, ita omne hominum genus tangit, & lædit. Plerique sunt innidi, ait Cicero, maximeg, est hoe commune vitium Cic.lib.2. & peruagatum. Licet inuenire regionem, vbi de orat. venena non fint, quemadmodum affirmant de Creta: at non licet inuenire Rempub. que non alat inuidiam contentionemg, ait Plutarchus. Itaque 1. similis, teste Philosopho, inuidet simili; in hoc, quod similis vnum excedit alium: tor. vade vulgus odit vulgum, & figulus figulum. 2. Iter facientes per solem necessario comitatur umbra; incedentes verò per gloriam, comes innidia, vt scripsit Plato. Summos ergo & imos Plato in vexat inuidia. 3. Eamus ad aulas, ibi sedes Timæo. est inuidiæ. Audiuimus exemplum occidentis fratres & parentes, vt iple emineret, sed longe maius în Euangelio legimus. Nam quando, Maoi ab oriente venerunt Ierosolyma, Matth. 2. dicentes: Ubi est, qui natus est rex Indaorum? 1. vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum; audiens Herodes rex, turbarus est, & omnis terosolyma sum illo; metuens-

les,

n

ri-

cx

te-

ex

li-

5,

W.

0-

ila

il-

e-

11

1-

u

que sceptro suo, occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, a bimatu & infra. Quanta hæc strages? inuidiafe. cit. Rarum est hoc exemplum, ais. immo frequentissimum. In bellis quot, non puerorum, sed virorum millia occiduntur? quid fecerunt? quo genere delicti meruerunt mori? an quia fortes sunt? quia sanguinem fundere parati, ideò morte digni? nequaquam. Sed quia Reges ipsi Principesque potentiæ inuidia bella excitant. Nam, vt De. mocritus dixit, Inuidia seditionis parit initium. Ne alter crescat, ne emineat, armis frangen-

ad pop. Antioch.

S. Chrys. dus censetur. Grane quid innidia, ait S. Chry. hom. 44. sostomus, graue & simulatione plenum. Hu mundum innumeris repleuit malis. Ex hoc morbo litibus plena sunt tribunalia, eschoc pecunia rum amor, ambitio, & inanis gloria. Hinc vibes obsidentur, & mare piratas habet. Hincper orbem cades. Hinc genus nostrum dissipatum est. Quodeunque malum videris, ex hac radice producitur. Iam enim & in Ecclesias debacchataest, & prius innumera patrauit mala. Hoc auaritiam parit, vitium omnia confundens, O institia corrumpens. 4. Quod si regibus, si principibus ipsis hoc vitium est infestum, quidinter ipsos aulicos turbarum non excitabit?

Fegij filij in parentes & fratres sauientis. 177

tabit? Tacitum, Suetonium, Dionem Caffium, Lampridium, Nicetam Acominatum. Choniatam, & Politicos si legamus, ô quid non inueniemus? Ibi quisquis in gratia est Principis, in odio est plebis. Quem nemo timet, nisi qui & inuidet. Alterum premere, putant esse emergere. Et premi se putant, quicunque alium vident tolli. Sic oppugna- Plutarch. uerunt Periclem Simmias, Alcmaon Themistoclem; Pompeium Clodius; Epaminondam Meneclides: non aulici quidem, sed in Republica primu locum tenentes, & more aulicorum. 5. Quid quod & consilia malus consiliarius omnia depranat asidens, vti & inuidia vbique nulla maois damnat, quamque sunt optime dicta? 6. C. Caligula inuidia motus, Tor- Sucton quato torquem, Cincinnato crinem, & Cn. in Caliga Pompeio stirpis antiquæ Magni cognomentum abstulit. quin omnes pulchros & comatos, si quos obuios haberet, occipitio raso, cos præ liuore deturpabat. Maius hoc vitio malum quod esse potest? huic dedecus est, aliorum honor; tristitiam facit aliorum lætitia; vt verè exclames : un za sulugog saftag onala

Omiserum! cuius dolor est aliena voluptas. 7. Sed militia præcipue hoc morbo est vitio- S. Chrys. sa, Hinc Saul, postquam vidit Danidem multa hom. 350 seque

lande ad popo

In præceptis Poli-

mell's

18V.51.

hilt, 6.16

#11 E

le

erant

ima-

a fe.

mmo

lero-

quid

mo-

emu

qua-

inc

De.

ium.

gen.

hry-

Hoc

mor-

unida

vy=

c per

ums

adice

cha-

Hoc

,0

, li

IIL 9

XCI=

bit?

laude fruentem, ait aureum illud os, & mulie. res in choro clamantes: Saul percusit mille, o Danid decem millia; non aque ferens de ipso di Eta, licet secundum iusti rationem, benefactori, tanquam hostem respiciebat. Quem, cum Zi. phæinunciarent, vbilatitaret, & promitte rent, seillum in manus eius tradituros, Benemeam. Quibus verbis vtique prodebat animi

Elian. 1. 12. var.

1.11.

nont, 37, ad pep.

1. Reg. 23. dicti, aiebat, vos à Domino, quia doluiftis vicem fui ægritudinem, & rabiem, tormentumque, quo Siculi tyranni maius non inuenerunt Ita Perdiccam oderat Alexander, quod effet bel. hist. c.16. licosus: Lysimachum, quod imperatoria arti peritus; Seleucum, quod forti animo esset. As. tigoni verò liberalitas eum offendebat, & Attal imperatoria dignitas, & Ptolemei prosperitali Apud Herodotum, Græcorum duces, adsa. lamine, re bene gesta, quamuis consilio The mistoclis omnia gesta essent, eius tamen glotiæ inwidentes, ne secundas quidem rei bent gestæ partes tribuere voluerunt. Apud Diodorum, Agarhocles Syracustorum tyrannus Gelonis regis sepulchru, quod ei ob res prz. clarè gestas populus extruxerat, diruit. Non opus est antiquis exemplis. Nostrum seculum satis docet, quantum vnus alteri miles & dux de nomine acgloria fortitudinis de

n

9

ti

cerpati

reoij filij in parentes & fratres sauientis.

cerpat. Pudet dicere, esse, qui potius hosti victoriam relinquant, quam vt amulum ad. iduent, in hoste de bellando. Itaque quando de summa rei agitur; quando toti exercitus versantur in periculo, diuertunt, eumque, qui certa in manu victoriam habuisset, si succursus non desuisset, sub cultro, certe sub gladio, relinquunt. Quot, in tali negotio, homicidia, per inuidiam perpetrantur? Et vulgaris quoque miles, socium iugular, ne præda careat, qua illum videt exultare. Nimirum, vbi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & Iac. 3. 162 omne opus pranum. 8. Ab aulis & militia ad vulgus veniamus. Ibi non tantum figulus figulo, & faber fabro innidet, sed fere quiuis in vna arte, aut opificio, alterius lucrum suum. esse damnum interpretatur. Hinc opera eius vituperat, sua laudat; sæpe etiam fraude vel arte mala alium impedir; non raro etiam excantat, aut fascinat. Contemplatus sum omnes Eccl. 4. 4. labores hominum & industrias, animaduerti patere inuidia proximi. 9. Notum est, quid nonnulli possint venatores, aut iaculatores, qui si tuam sistulam æneam, tuum arcum, tuam sagittam in manus acquirant, vtique facient te à fera, vel scopo semper aberrare. 10. Equum habes vegetum, cursuvis con-M 2

tendere,

nato

mulie

ille, 6

ipso di

actori,

m Zi.

mitte.

Bene-

vicems

animi

mque,

erunt

Tet bel.

e arth

. An.

Attal

eritali

ad Sa.

The.

n glo-

bene

1 Dio-

annus

s prz-

Non

fecu-

miles

is de-

erpati

tendere, omni vigilantia tibi cauendum est, ne zmulus tuus tibi eum claudum reddat & macilentum. Idem contingit in vacca, in ouibus, in cane pulchro; non quia nocent, sed quia excellunt, destruuntur. Quod inuidia facit, qua quis propriè tristatur debono alterius, à quo eo ipso exceditur bono; hinc, ne excedatur, contaminare illud nititur,& perire videt, lætatur: quia huius vitij pro. prium est:

Stat. 2.

Insultare malis rebusque agrescere letis. Thebaid. 11. Caupo es, & hospitum gaudes frequent tia? aiunt æmuli tui, non venire ad te hospites, propter tuum vinum, sed propter tuam vxorem, aut filiam, aut ancillam. 12. Ceres uisiam coquis optimam, panem pinsis sapidissimum; fullo es, & pulcherrime tingis pannos; erunt, qui aliquid in domo tua de fodiant, vt eadem materia, ijsdem que instrumentis & coloribus, nihil amplius boniconficere possis. 13. Accede ad sutorem, adsa. torem, ad scrinsarium, ad quemeunq; opificem, puta valde bonum, si audieris eum alios eiusdem tribus laudantem; si non tardiratem, si non laborem, si non excessumi pretio accusarit. 14. Quod videre ests pe etiam in circumforaneis, qui in nundinis publicas

combana

regy fily in parentes & fratres sauientis. 181

publicas cient conciones, in quibus suas pyxides laudant, eius autem, qui in proximo vendit foro, de impostura vituperant. 15. Raro quoq; inter vicinos non est amulatio, iam nimis frequenter ianua pulsatur, cum ad alteram ne musca quidem diuertat; dicitur itaq; vicino facere habitationem inquietam; dicitur oftium esse tumultuosum; dicitur cum strepitu claudi ; iam clamoribus aiunt se turbari : iam inspici in suas ædes ; iam è pureo aquas exhauriri: iam hoc, iam aliud inueniunt, quod carpant. 16. Nec domoru tantum, sed agrorum quoque vicinia incendit ad inuidiam colonos. Nam

Fertilior seges est alienis semper in agris, Vicinumo, pecus grandius ober haber. Nempe, quia Aliena nobis, nostra plus alijs placent. 17. Vsque adeo, vt hoc eciam in ipsis coniugibus contingat. Ita enim Lugduni, Passiopaucos ante annos, accidit, vt honestæ matronæ nobilisque coniux, ab alia nobili quidem, sed inhonesta flagitiose ambiretur.: cumque ille summa pace, multis iam annis in man in concordi coniugio vixisset; ista legitimis castisque inuidens amoribus, vt vnanimes dissueret, vxoris castissimæ sidem, apud maritu 7. §. 5. eius in suspicionem, tam verosimilibus voca-

Ouid. L. de Art.

Vallad. conc. fer. 2. Dom. nis, &, post eum Philipp. Doulterpædag. Christian. p. I. C.

n est,

at &

, in

cent

inul-

bono

hinc,

i,& &

pro.

15.

quen

rolpi.

tuam

Cere

fapi-

tingis

la de

nstru.

i con-

d far-

l; opi-

eum

n tar-

umin

eff fæ

dinis blicas

uit indicijs, vt innoceus domo eiecta, & mi. seris modis à viro tractata, non ante ingratia ac domum redierit, quam multis post annis, tanti mali incentrix, iusto Dei iudicio, grauis simo & Medicis omnibus incognito afflica morbo, cui nulla vipiam inueniretur medicina, ne morte quidem (mori enim non pozerat, vt diu ægrotans cruciaretur) memor quantam perniciem quietissimo & sandissi. mo coniugio attulisset, à conuocatis coniugibus veniam rogauit, fassa palam, abs lo per summam calumniam, inuidiamque, conficta esse ea omnia, quibus sanctum inter il los casti thori amorem, impiè distraxisset Quibus dictis, animam efflauit, Proserpint fortasse marito in thalamum venturam. 18. Quid, quod inter senes & iuuenes livor interponit? quippe edentulus vescentium delle tibus inuidet : & adolescens sibi ambit senum pulmenta. Optat ephippia bos piger, optat art re caballus. Interfilios & parentes, interfra tres & sorores, inter seruos & ancillas has pestis grassatur. Quoties enim pater suaab. fumit, ne filio relinquat? quoties filij paren tibus longam inuident vitam, vt hæreditatt citò potiantur? aut libertate? quoties sorores queruntur, fratribus plus dari, quam

C

17

.entities.

thought

经进行

Doubter-

reoij fily in parentes & fratres sauientis. 183

sibi? quoties frater fratrem odit, quòd nimit comedat, quòd pulchriùs vestiatur? quòd sic albæ gallinæ filius? quòd nimium peculij, in studijs, consumat? Quoties ancilla videns coquam dominæ esse valde charam, cibos, malitiose destruit, & coqua paulum è culina digrediente, iniecta salis immani copia offam perdit; aut pulmentum, vel carnes, aggesto nimio adurit igne? vt oleant, & desipiant? De seruis constat, quid accusationum machinentur, vt æmulo fauorem heri interrumpant. 19. Quid ibo per singulos? mendicus, cum ante ianuam diuitis mendicum videt expectantem, liuore tangitur, & sibi existimat subduci, quod alteri videt porrigi. Nec rarò de illo querelas obijcit, quibus vult stipem illius interuertere, 20. A mendico siad medicum veniamus, potest sæpeliuor. caussa este, vizgrotum non adeat, sed mori sinat medicus, quia non dignatur ad eum accedere, à quo iam alium medicum fuisse. consultum intellexit, censet ergo arti suæ derogari, si soli non credatur. Et aiunt, nonnunquam accidisse, vt, ad infamiam alteri conciliandam, morbus inconueniente pharmaco, de industria augeretur. quid agis, ? si, cum poteras, non innisti, oc-7335

-EIREET

ALL DE

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ela

c mi

ratia

nnis,

auit. Aicta

nedi-

100-

100

ailli.

oniu.

i se

con.

er il.

Tet

rpinz

1. 18.

101

n den

enum

t ara

er fra

is had

1a ab.

aren.

ditate

foro.

uàm fibi

cidisti. Vide ergo, quo pacto famæ tuz confulas, ex medico factus homicida, 21. Quod tantò truculentius est, si fiat etiam à medicis animarum, à Parochis, aut alijs Confessarijs, qui audent etiam cum morte luctanter deserere, ac, sine confessione audita, è vita dimittere eos, à quibus se deserros memine. runt. Nempe alij semel iterumque confesium esse, adeò eos vrit, vt nihil, vel totum solim perium in conscientias velint obtinere. 21, Quò denique inuidia non penetrat, si non tantum Aristotelem contra Platonem; sei Confessarium contra Confessarium, Dodore contra Doctorem, Concionatorem contra Concionatorem, Lectorem contra Lectore, subditum contra Superiorem; vnam integram religionem contra alteram religionen irritat? Vt doceamur, in sanctos quoque cade. nym. ep. re posse inuidias, ait S. Hieronymus, & soli Du puram clementiam derelingui, filiorum Zebedo consideremus exemplum, proquibus, cum matt mota pietatis affectu nimis grandia postulaset reliqui decem discipuli indignati sunt. Et IESIS adnocans eos dixit: Quicunque inter vos volutrit esse primus, sit vester seruus: quoniam filim hominis non venit ministrari, sed ministrare. Si inter Christi Apostolos inuidia esse potuit

146. ad Damabins.

regy filig in parentes & fratres fauientis.

sur non esse posset etiam inter religiosos? Creta, ait post supra citatum Plutarchum, quidam, nullum babet venenum, preter phalangium, id est, aranei genus; it a non est monasterium tam sanctum, quodimmune sit, ab obtrectationis, & inuidentia malo. Quibus dici merito potest: Cum sit inter vos Zelus & contentio, Rom. 130 nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Quod etiam notat totas Congregationes, ac Sodalitares facras, quæ innicem pronocantes, inuicem inuidentes, inanis potius, quam diuinæ gloriæ cupidæ esse arguuntur: ficut & tota nationes, inter quas, velut hareditarius linor gliscit: ad quas quotidie clamat Apostolus: Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estes, & secundum homipem ambulatis?

Immo ambulatis in æternam damnationem. Grauissimum enim crimen est istud. Inuidia & fornicatione, & adulterio peior est, ait S. Chrysostomus, luxuria enim in operato tantum sistit, innidia vero totam subuertit Ecclesia, & toti nocet terrarum orbi: bac bomicidy mater est ; ista fratrem Cain occidit : istà Esau Iacob insecutus est, ista fratres Ioseph ; ista diabolus cun-Etos homines perire curat. Sed primo omnium ipsum inuidentem. Sicut enim viperas dicunt. abrupto

INVIDIAR MALIGNI -5. Chrys. hom. 440 ad pop.

con-

)uod

redi-

ella-

ites

vita

ine-

Tura

i im-

22.

non

; fed

Aori

1112

toré;

inte-

nem

case.

li Da

beas

mater

asset,

ESVS

olue-

filim

e. Si

اساللا